

Concordia ducum Masovia in Betz ratione bonorum per servitia militaria acquisitorum vel acquirendorum.

108

Semovitus, Casimirus & Vladislaus Dei gratia Duce Masovia
Rusieque principes, nec non terrarum Plocensis, Ravensis, Socha
coviensis, Gostinensis, Plonensis domini et heredes Wyssnensis
et Belzensis etc. Tenore presentium significamus quomodo convo
catis dominis et consiliariis nostris in Kaminata^(a) Castri Belzensis
que pro cubiculo generali nostro tenebatur in consilio speciali talem
inter se fraternam concordiam et ordinationem fecimus: que sequitur
in hunc modum, et est talis. Nos Semovitus de bonis hereditariis
castris, civitatibus oppidi villis ac possessionibus, quibus cunque aliis
bonis mobilibus & immobilibus, quocunque nomine censeantur
et dici possunt: que bona prefati Duce Casimirus & Vladislaus
fratres nostri, ipsorum servitiis a Dominis Rege Polonia et Magno
Duce Litvanie, vel a quibus cunque magnatibus personis acquisi
erint, vel quocunque modo ipsis pro servitiis ipsorum essent data
et donata; illa omnia et singula bona sic prefatos Duce Kari
mirum & Vladislaum fratres nostros ex servitiis acquisita, quilibet
partem suam pro se hereditarie in perpetuum retinebit. Nos
vero Dux Semovitus a prefatis Karimiro et Vladislao fratribus
nostris nunquam partem dictorum bonorum sic per servitia ac
quisitorum repetere, postulare et obtinere debemus. Similiter nos
Kazimirus & Vladislaus a prefato Semovito fratre nostro de bo
nis hereditariis per servitia ipsius ubilibet acquisitis nunquam par
tem dictorum bonorum repetere, postulare, et obtinere debemus
Isto specialiter etiam excepto. Nos Casimirus & Vladislaus Duce
pro servitiis a domino Rege Polonia bona hereditaria, videlicet castra
civitates, oppida villas per ipsum Dominum Regem nobis recepta
que prius erant per ipsum data et donata non debemus postulare
nec aliquo modo petere. Sed pro restitutione dictorum bonorum he
reditariorum fideliter omnes instare debemus: que si fuerint resti
tuta, ad omnes nos fratres hereditarie spectabunt. Item in casu
quo Castrum Crzeschow cum districtu suo apud prefatum Domi
num Regem acquirere possemus; extunc si prefati Duce Karimirus
et Vladislaus fratres nostri a nobis partem dicti Castri et districtus
ejusdem habere voluerint, extunc de bonis hereditariis per servitia
ipsorum acquisitis, totidem et tantum in latum et longum velut se
districtus

(a) Sala
conclave

Crzeschowiensis extendit apponere debent et mittere ad commu-
nem divisionem. In cuius rei testimonium sigillum nostrum
presentibus est appensum. Actum et datum in Betze-
fenia Quarta in Crastino Sancti Johannis Baptiste. Anno Domini
Millesimo Quadringentesimo vicessimo septimo presentibus his

(a) Jan z Opa
tousi hodu
Cholewa Domi
nikan. Mirzele

(b) Mirzele lita
ni Stanistaw
Kozniskiego hodu
Dolega, ale ten
byl in po Kolu
1430.

dominis qui in dicta concordia et ordinatione fuerunt, videlicet
Reverendo in Ato Patre Domino Johanne Dei gratia Episcopo
Cheimensi^(a). nec non strenuis Nobilibusque Dominis Sta-
nislao alias Ernd pallatino^(b) Wydzga de Ostrow Ostrow Ve-
rillifew Dlocensibus, ac Venerabili Michaeli Preeposito Sancti
Michaelis Collegiate Ecclesie Dlocensis, Prandotha de Szolnast
pincerna Rabensi, Johanne Subcamerario et Capitaneo Betze-
fenia Prandotha ~~et~~ magistro Juris preclara principis Genitricis
nostre Carissima. Paulo de Radzanow. Johanne alias Ta-
basz de Taluski, Niclao a Buzorowo et Nicolao de Stan-
koro aula nostra Notario, et aliis quam plurimis fide dignis
testibus ad premissa.

Sigillum vetustate vel negligentia
deperditum, cuius vestigia apparent
in medio privilegii ad calcem in pergamento.

Transcriptam per me Adamum Naruszewicz
E. C. Smolę Supr. M. D. L. Notarium
19 Junii 1781.